This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gs
53
188

Gs 53.188

W.W. Rockhill.

The gift of

William Woodsville Rockhill

HARVARD COLLEGE LIBRARY

STRABONIS

TABULÆ.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCIOS, VIA JACOB, 56.

STRABONIS
GEOGRAPHICORUM

TABULÆ XV.

INSTRUXIT

CAROLUS MÜLLERUS.

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXX.

Droit de reproduction réservé.

Gs 53.188

TABULÆ

IN

STRABONIS GEOGRAPHICA.

I. Orbis terrarum sec. Eratosthenem.
II. Orbis terrarum sec. Strabonem.
III. Hispania.
IV. Gallia transalpina et cisalpina.
V. Italia. Sicilia.
VI. Germania. Sarmatia. Illyria. Thracia.
VII. Macedonia. Epirus. Thessalia.
VIII. Hellas. Peloponnesus. Creta.
IX. Elis. Megara. Attica. Bœotia.
X. Æolis. Ionia.
XI. Asia minor.
XII. Cœlesyria. Armenia.
XIII. Asia orientalis et australis.
XIV. Ægyptus et Æthiopia.
XV. Libya septentrionalis.

PRÆFATIO.

Mirari subit qui fiat ut minora quædam scripta geographica sæpius sint tabulis explicata, illud vero quod omnium maximum hujus generis opus habemus, ejusmodi auxilio nemo hucusque instruxerit. Nam quæ in Falconeriana Strabonis editione tabulæ vel potius tabularum simulacra exstant, in censum venire nequeunt; ceteri autem editores aut omnem hanc provinciam defugerunt, aut in orbis terrarum imagine ad mentem Eratosthenis et Strabonis summis lineolis adumbranda acquieverunt. Et tamen ita res habet ut ad penitiorem Strabonianæ geographiæ intelligentiam et ad criticam in corruptissimo scriptore recte exercendam vix ullum sit accommodatius instrumentum quam tabulæ rite constructæ. Igitur Firminus Didot, sua ipsius commoda indefesso de literis bene merendi studio postponens, eâ quam omnes novimus liberalitate principe viro dignâ et nostro ævo in turpe lucrum unice intento nunquam satis laudandâ, universum Strabonis opus in tabulas expandendum curavit, quas nos, optimis usi auxiliis, quam fieri poterat diligentissime delineavimus; delineatas autem arte sua illustrarunt Jacobsius et Dalmontius, sculptores in hac urbe celeberrimi, quorum ille imagines terrarum, hic nomina æri commiserunt.

Bertius quidem (Theatr. Mundi, præf.) ipsum Strabonem πίναχας operi suo adjunxisse censuit : id vero tantum abest ut concedamus, ut Strabo haud credidisse nobis videatur fore ut ali quando existat qui suis Geographicorum libris innitens figuras regionum et fines provinciarum oppidorumque situs delineare suscepturus sit. Permulta enim eorum quæ in tali negotio magni momenti sunt, vel de industria Noster prorsus negligit vel levi bracchio tetigisse satis habet, tum quod orbis terrarum descriptio χολοσσουργία quædam est in qua τὸ καθ' ἕκαστον ἀκριβὲς negligere licet, tum vero quod istam exactæ et minutæ doctrinæ austeritatem a se alienam esse auctor existimavit, qui non geometris et pinacographis scripsit, sed hoc maxime sibi proposuit ut κοινὸν σύγγραμμα καὶ πολιτικὸν καὶ δημωφελὲς sui ævi lectoribus ingenuis in manus traderet (p. 11, 21). Idem disertis verbis profitetur (p. 147, 21) : Ὅσα μὲν φυσικῶς διώρισται, δεῖ λέγειν τὸν γεωγράφον καὶ ὅσα ἐθνικῶς, ὅταν ᾖ καὶ μνήμης ἄξια· ὅσα δ' οἱ ἡγεμόνες πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι διατάττουσι ποικίλως, ἀρκεῖ κἂν ἐν κεφαλαίῳ τις εἴπῃ, τοῦ δ' ἀκριβοῦς ἄλλοις παραχωρητέον. Unde facile intelligitur in quantas angustias incidat si quis provinciarum limites e Strabone elicere studuerit. Huc accedit quod Strabo sua e variis fontibus colligens interdum non animadvertit verbis se jungere quæ tabularum lineis jungi nequeant (*).

Inter tabulas a Strabone adhibitas præter antiquiores illas, quæ Alexandrinis debebantur, fuisse etiam Agrippæ orbem pictum, verisimilis est virorum doctorum sententia (**), cujus probabilitatem iis maxime corroborari puto quæ p. 230, 27 de insulis Liparæis ex Chorographo traduntur. Hæc enim quum falsissima sint, adeo ut verba Strabonis corrupta nec ulla medicina sananda esse Kramerus existimaverit, tam egregie cum iis quæ in Tabula Peutingeriana delineata habes, concinunt, ut orbem Agrippæ communem his subesse fontem haud dubitemus.

Ceterum non multum hinc proficimus; majoris autem in nostram rem momenti est quod easdem tabulas, quibus Straboni uti licebat, Ptolemæus quoque adhibuit. Quantacunque enim fuerint quæ Ptolemæus in melius mutaverit,

(*) Recte Rennelius (*Topography of the plain of Troy* p. 22) : « It appears clearly that he (Strabo) was not in habit ob subjecting his written Geography to the test of tabular construction; whence, in some cases, its accuracy and consistency were never put to the proof. »

(**) Præ· ceteris v. Petersen in *Rhein. Mus.* tom. 8. p. 402 sqq.

haud pauca tamen talia reliquit qualia jam ante Strabonis ævum parum recte delineabantur; nam persæpe fit, ut opiniones perversissimas quas apud Strabonem legimus, in Ptolemæi quoque tabulis expressas videamus. Quem consensum non animadvertentes vel novissimi Strabonis interpretes haud semel commiserunt, ut quæ veteres geographi errarunt, ea supinæ librariorum negligentiæ imputarent, corrigendoque ad verum pertrahere studerent. Sic, ut unum afferam, conjecturis impetierunt quæ traduntur de Axio et Erigone fluviis (p. 277, 4), de situ Cephalleniæ (p. 393, 7), de Massagetis (p. 440, 34) et de Chersonesi promontorio (p. 283, 15), de quibus omnibus Ptolemæus aut prorsus cum Strabone consentit, aut quam proxime ad eum accedit, sicuti in iis quoque quæ de Penei ostio (p. 290, 25), de Haliacmone (p. 277), de sinu Thermæo (p. 277, 10), de Cretæ latere occiduo (p. 407, 5) deque aliis multis falsa perhibentur.

Itaque Ptolemæi auxilio usus figuras nonnullarum regionum e mente Strabonis delineaveris judicio satis tuto : in plurimis tamen quum id fieri omnino nequeat, ingenii vero lusibus indulgere noluerimus, ita nos rem instituimus, ut post tabulas quibus orbis terrarum secundum Eratosthenis Strabonisque placita exhibetur, singularum deinceps regionum imagines tales daremus quales nos jam novimus, adscriptis autem mensuris Strabonianis indicaremus quatenus veram distantiarum rationem auctor assecutus esset. Passim tamen minores tabulas majoribus inclusas adjunximus, quibus quam sibi regionum imaginem Strabo efformaverit, summis lineolis adumbrare studuimus. Denique notulis hic illic insertis opiniones Strabonianas significari videbis. Quod situm locorum definiendum attinet, rationes nostras in Indice nominum ut plurimum paucis indicavimus, interdum etiam fusius exposuimus. Præterea in Indice variæ lectionis, in quo verba Strabonis permultis locis emendasse nobis videmur, sæpius accidit ut quæstiones geographicæ quæ vim aliquam in tabularum adornationem exercerent, tractandæ essent. His nunc pauca addere liceat, quibus tum errata quædam emendabo, tum quæ in tabulis locum invenire non potuerint, aliaque nonnulla quæ explicatione egere videantur, significabo.

De ratione quam in Tab. I secutus sum fuse exponam quando in Geographis minoribus ad Eratosthenis fragmenta devenero.

In Tab. II numerus qui meridiano per Indum ducto adscribitur, esse debet 53500 (non 43500). — Siciliæ figura non ita est delineata ut quæ de ea traduntur p. 221, omnia concilientur. Conciliari enim nequeunt. Latera insulæ ita disposita esse dicuntur, ut angulus ad Pelorum promontorium necessario sit obtusus, et meridionale, non vero (ut Strabo e Posidonio refert) occiduum Siciliæ latus ceteris longius esse debeat. Fortassis latus a Lilybæo ad Pelorum pertinens ita efformari Strabo vult ut linea semicircularis evadat, ac Lilybæum et Pelorum promontoria in eodem fere meridiano posita sint. Hoc si est, eo auctor peccavit quod p. 222, 11 dixit : τὸ δὲ ἀπὸ Λιλυβαίου τὴν ἐπὶ Πελωριάδα πλευρὰν πρὸς ἕω, quum dicendum fuisset πρῶτον πρὸς ἑσπέραν, εἶτα πρὸς ἕω.

Italiæ latus meridionale quod est a freto Siculo ad Japygium, apud Strabonem justo majus esse sponte intelligitur; quomodo autem partes ejus disponendæ essent, non satis patebat, quum verba Strabonis quæ huc faciunt (p. 217, 36) in codd. lacera essent. Resarcire ea studui in Ind. var. lect. p. 976. Quodsi bene res mihi cessit, Artemidorus cum eoque Strabo ita statuerunt ut fauces sinus Tarantini stadiorum essent 1410.

In Libyæ ora quæ notantur ab Alexandria ad Carthaginem mensuræ cum ipsarum linearum longitudine minime congruunt. Videlicet Strabo in Prolegomenis inter meridianos per Alexandriam et fretum Siculum ductos 8500 stadia intercedere statuit, eique opinioni convenienter ab Alexandria ad Carthaginem 9000 stadia exputat (p. 76, 47) : contra vero horum oblitus libro XVII in Libyæ descriptione ita agit ut suis ipsius placitis substituat Eratosthenis sententiam, qui Alexandriæ et Carthaginis meridianos 13500 stadiis distineri censuit. Cf. Ind. var. lect. ad p. 709, 24.

In India notavi *Jomanem* fluvium; hoc enim nomen pro *Œdanes* p. 612, 13 reponi voluerunt viri docti. At dubium vix est quin Œdanes Strabonis sit potius Dyardenes Curtii, quem cum hodierno *Brahmaputra* componendum esse suspicantur. Cf. tab. XIII.

In Tab. III quæ de Hispaniæ populis Strabo tradit, conciliare inter se studui, quamquam num bene definita singularum regionum imago Strabonis animo obversata sit, jure tu quæras. Omnino Hispaniæ gentes et provincias rite dividere ob frequentes mutationes et scriptorum dissensum et inconstantiam res est difficillima, et quod de Celtiberiæ divisionibus Strabo ait : οὐκ ἔστι τὸ ἀκριβὲς ἐν τούτοις ἀποδιδόναι, quodammodo de universa valet Iberia. Sic nobis hærebat aqua in describenda Bætica sive Turdetania. Includi eam Noster dicit (p. 116, 40) Ana fluvio, Carpetanis, Oretanis et Bastetanis, sed addit accenseri ei etiam Bastetanos et τοὺς ἔξω τοῦ Ἄνα καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν προσχώρων. Vaga verba ita intelligenda esse putavi, ut antequam Romani Lusitanos trans Tagum deduxissent, ea Lusitaniæ *provinciæ* pars, quæ Anam inter et Tagum sita esset, Turdetaniæ annumeraretur. Facit huc quod apud Ptolemæum magna ejus regionis pars, ab Ana ad Barbarium pr. pertinens, Turdetanis assignatur, apud Strabonem vero Augusta Emerita modo Lusitaniæ, modo Turdulorum urbs vocatur. Ab orientis parte Turdetaniæ adscripta fuerit regio quæ in ora maritima usque ad Carthaginem Novam pertinet : nam eo usque in litore Bastetanos degere Strabo prodit, et eo usque citeriorem Hispaniam extendi ex Artemidoro refert Stephanus Byz. s. v. Ἰβηρίαι; eundemque Bæticæ terminum in Agrippæ tabula fuisse narrat Plinius (3, 3, § 16), qui ipse, sicut Ptolemæus, finem Bæticæ ad Urcos collocat, quamquam idem alio loco (3, 3, § 19) Baream (quæ inter Urcos et Carthaginem est fere media) Bæticæ adscriptam esse dicit.

Tab. IV. — Galliæ descriptio, quatenus in populorum sedibus provinciarumque terminis definiendis versatur, admodum rudis est miraque laborat confusione. Causam rei nonnulli ex eo repetunt quod Græcus Strabo latinos Cæsaris Commentarios non satis intellexerit. Ni fallor, Cæsarem omnino non legit Strabo, sed quæ ex eo sumsisse videri possit, in eodem Posidonio repperit, ex quo Diodorus quoque suam Galliæ descriptionem cum Straboniana in multis ad verbum pæne consentientem deprompsit.

Ac primum quidem miramur Celtas Narbonensis provinciæ finibus coerceri, ab iisque Gallos distingui tanquam gentem peculiarem (quamquam Gallorum nomine Strabo etiam latiore vocis sensu utitur p. p. 162, 33). Quam quidem distinctionem quo pacto e Cæsaris verbis simplicissimis aliquis eruerit, non assequor; contra vero eandem doctrinam tamquam χρήσιμόν τι καὶ παρὰ πολλοῖς ἀγνοούμενον apud Diodorum (5, 32, 1) legere est.

Deinde Noster eo labitur quod Belgicam, quæ usque ad Sequanam pertinebat, ad Ligerim usque extendit. Quod quum ab Augustea provinciarum constitutione alienum esse pateat, fortassis Belgicæ stirpis gentes aliquas in hodierna *Bretagne* olim consedisse indeque errorem Strabonis explicandum esse nonnulli conjecerunt. Minus docte sed nescio an verius causam erroris in eo quærere possis quod Strabo, vel Posidonius, quum Belgas majorem oræ borealis partem obtinere accepisset, temere id transtulit ad suam Galliæ tabulam, quæ omnem Galliæ oram inde a Pyrenæis ad Rhenum usque septentrionibus obversam exhibebat. Ceterum quosnam in mediterraneis inter Sequanam et Ligerim Belgicæ fines Strabo finxerit, sciri nequit, ac sponte intelligas nostram delineationem in hac parte ex mero pendere arbitrio.

Quemadmodum Belgicæ Strabo occidentalem Lugdunensis provinciæ partem attribuit, sic meridionalem Belgicæ tractum Lugdunensi adscribit, quippe quam ad Rheni usque Rhodanique fontes producit, adeo ut Lingones et Sequanos et Helvetios, Celticas gentes, quas ad Belgicam provinciam recte Plinius et Ptolemæus referunt, comprehendat. Fuerunt sane (inter eosque Walckenarius numeratur) qui Straboni insistentes re vera gentes istas ab Augusto Lugdunensi, deinde autem ab alio, fortassis ab Vespasiano, Belgicæ assignatas esse contenderint. At de ejusmodi provinciarum mutatione altum est in literatissimo sæculo silentium. Huc accedit quod cum Plinio et Ptolemæo facit etiam anonymus Cosmographiæ auctor, qui Belgicam versus austrum Alpes et Narbonensem attingere prodit. Quod quidem testimonium gravissimum est, quoniam plurima quæ de provinciarum circumscriptione in isto opere leguntur, ad Augusteam ætatem pertinere et Agrippæ e Commentariis derivare viri docti tantum non unanimi statuunt consensu. Denique ipse Strabo p. 147, 3 Belgarum partem Alpes accoluisse dicens, quo-

usque Belgica sua ipsius ætate pertinuerit subindicat.

Plurimas Galliæ gentes ita Noster recenset ut sedes singularum accuratius non definiat. Quare si nomina earum secundum disertiores scriptores disposui, vim Straboni intulisse vix accusabor. Gentes quidem inter Rhenum et Sequanam degentes ipse auctor aliquomodo disposuit (p. 161), sed tam perfunctorie, ut in his quoque ordinandis de meo aliquid addendum esse putaverim. In rudiore tabula Straboniana res in hunc modum adornanda foret :



De Vadicasiis, quos juxta Lingones collocavi, vid. Ind. var. lect. ad p. 154, 34. Alesiam urbem cum hodierno vico *Alaise* composui. Hinc corrigenda sunt quæ dixi in Indice nominum s. v. *Alesia*, ubi eam sententiam secutus sum quæ olim obtinebat quamque etiamnunc sunt qui tueri studeant. — In Helvetia Toygenos (modo ita scribendum sit) in hodierna *Zug* regione collocavi. Sin recte conjeci (v. var. lect. ad p. 260) eosdem esse cum iis qui p. 260 Τοίνιοι vocantur, ad Brigantium potius lacum ponendi sunt.

Inter Galliæ Transpadanæ oppida fortasse poni debebat Bergomum. Vid. Index var. lect. ad p. 177, 29.

In Tab. V monendum erat Lunam, Etruriæ oppidum, a Strabone (p. 185, 9) perperam poni ab occasu Macræ fluvii, adeo ut oppidum a portus loco non distinguatur. Idem etiam eo indicatur, quod a Pisa ad Lunam 400 stadia exputantur. — In eadem Etruria legitur *Falerii seu Phalisci;* at e Strabonis mente inter Falerios et Phaliscos distinguendum videtur. V. Ind. var. lect. ad p. 188, 26. — In Umbria pro *Otriculum*, *Ocridi* lege *Ocriculum*, *Ocricli*. Ibidem *Larolum* nomen deleri velim. V. Ind. v. l. ad p. 189, 32. — In Latio ad Melpidis fluvii initia Atinam oppidum addendum esse censeo. V. Ind. v. l. ad p. 197, 47. — *Festorum* locus, Romæ urbi proximus, vereor ne librariorum sphalmati debeatur. V. Ind. v. l. ad p. 191, 46. — Ne mireris *Veregin* fluvium qui e Prænestino agro in Trerum (*Tolerum* legendum puto) incidit, vide Ind. v. l. ad p. 199. 19. — Casu factum, ut omissa sit linea qua via Latina cum Labicana ad Pictas conjungenda est. — Pithecussæ insulæ mons dicebatur *Epopeus*, non vero, ut codd. Strab. habent, *Epomeus*. — Pro *Fanum Junonis Argivæ* (ad Silarum fl.) legas *Fanum Junonis Areiæ*. V. Ind. v. l. ad p. 209, 40. In Samnio Ebutiana oppidum (hod. *Elano*) addendum fuerit. V. Ind. v. l. ad p. 208, 8.

Siciliæ fluviis adde *Pataciam*, cujus mentio latet in loco corrupto p. 222, 21, ubi vid. not. Ammemanus fl. per ipsam Catanam urbem ducendus erat. — Mazaram opp. in tabula habes e Cluverii conjectura. Strabonem non hoc, sed Imagarum opp. commemorasse mihi videtur. V. Index ad p. 228, 35. — Gelæ mentio debetur Krameri conjecturæ, quam sequi non debebam. Vid. Ind. ad. p. 221, 22.

In Tab. VI non satis indicare potui istam Strabonis opinionem, ex qua Corcoras fl. in Savum influit, Savus in Dravum, Dravus prope Segesticam in Noarum, Noarus autem (qui etiam Calapin excipit) boream versus fluens in Danubium incidit. — In Thracia desiderantur locus *Thasiorum capita* dictus (p. 282, 13) et Scæorum populus, et Scæus fl. et Σκαιὸν τεῖχος, de quorum situ non liquet. — Ab oriente Borysthenis ponendum est *Hylæum mare*, si quidem recte conjeci mentionem ejus inesse corruptis illis quæ leguntur p. 256, 33, ubi vide. — In delineanda Chersonesi Tauricæ parte occidentali secutus sum Paulum Beckerum Odessenum (*Die Herakleotische Halbinsel. Leipzig*, 1856).

Tab. VII. — In Macedonia Axius fluvius sec. Strabonis opinionem in Thermæum sinum incidit eo loco ubi reapse Haliacmon exit; in Axium vero a borea fluens Pellamque urbem a sinistra relinquens influit Erigon. V. Ind. ad p. 277, 4. — *Agrianes* nomen, quod ad fontes Erigonis fluvii in Pæonia posui, delendum fuerit; contra in Pelagonia addendum puto : *Pelagones Triclari*. V. Ind. ad p. 277, 3. — In Illyria pro *Desarethii* lege *Dasaretii*. — In Epiro pro *Blatria* (apud Cassopæos) lege *Elatria*. — In Thessalia neque Helice, oppidum ex uno Hesiodo notum, neque

Messeis fons, qui prope Helladem urbem fuisse dicitur, locum invenire potuerunt. Thessaliotidis fines boreales prope Pindum montem paullo magis versus septentriones removendi sunt, Athamanum vero fines meridionales magis versus austrum proferendi, adeo ut tangant fines Thessaliotidis. V. Strabo p. 374, 19.

Tab. VIII. In Phocide Crissam urbem posui ubi ponenda est in mediterraneis; secundum Strabonem (cum quo facit Ptolemæus 3, 14 p. 230, 7 ed. Wilb.) Crissa in ora maritima inter Cirrham et Anticyram quærenda foret. Simili errore Abarum urbem Strabo (p. 363, 8) non longe ab ora maritima distare putat. In Eubœa desiderantur Elarius specus (p. 363, 20) et Bovis aula, quæ erat alia situs incerti spelunca in litore mari Ægæo obverso. Quas in Ithacæ insulæ isthmo notavi Alalcomenas, Apollodorus nescio quo pacto in Asteridis insulæ isthmo fuisse dicit. — In Argolide omissum est signum quo situs Hermionis urbis in ora maritima indicandus erat. — Verba *Hermionicus sinus* non modo suo in loco habes, sed etiam in sinus Argolici parte boreali. Ita enim res adornanda erat, siquidem sec. ea quæ in Strabonis editionibus exhibentur, initium sinus Hermionici prope Asinen ponendum est. Id tamen non dixisse Strabonem, sed viros doctos in auctorem nostrum intulisse censeo. Vide Ind. ad p. 317, 12, ubi pro Ἄνης quod codices præbent, non Ἀσίνης, sed Ἁλίας vel Ἁλικῆς scribendum esse dixi. Reapse enim sinus, cui Hermione adjacet, a proximo Haliæ promontorio, *Cap Mylonas*, usque ad hod. *Cap Scyli* (Scyllæum pr.) pertinet. Strabo autem Scyllæum nomen perperam ad *Cap Mylonas* transtulit, oramque quæ inde est usque ad Methanam peninsulam versus ortum procurrere opinatus est. Patet id ex verbis hisce (p. 316, 24) : Ὁ μὲν (Ἀργολικὸς κόλπος) μέχρι τοῦ Σκυλλαίου πλέοντι ὡς πρὸς ἕω βλέπων καὶ πρὸς τὰς Κυκλάδας, ὁ δὲ Ἑρμιονικὸς κόλπος) ἑωθινώτερος τούτου μέχρι πρὸς Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐπιδαυρίαν, cum quibus concinit quod p. 49, 27 legimus Μεθώνην τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ, quod attrectare non debebam. Errorem Strabonis explicare licet collatâ tabulâ Ptolemæi, in qua Hermionicus sinus memoratur nullus, sed sinus Argolicus usque ad Scyllæum promontorium (*Scyli*) extenditur. Jam si Strabo quoque acceperat Argolicum sinum pertingere usque ad Scyllæum pr., post quod sit Methana peninsula, simul vero apud alios legerat post Argolicum sinum (cujus ad Haliam sit initium) deinceps sequi sinum Hermionicum : facile intelligitur quomodo ex his male conflatis ea quam Strabo exhibet opinio nasci potuerit. Quodsi p. 321, 13 legitur : τὸ Σκύλλαιον ἐν τῇ Ἑρμιόνῃ, hoc quoque loco Scyllæum de hodierno *Cap Mylonas* intelligi debet; idque etiam inde colligas quod sec. Scylacem et Pausaniam Hermionicæ ditionis termini ad Scyllæum (*Scyli*) minime pertinent, sed ad medium sinum Hermionicum (prope *Cap Thermisi*) collocandi sunt. Strabonem fortasse pervetustum aliquem rerum statum referre conjecit Curtius (*Pelop.* A. 2, p. 455), quod ipse quoque Scyllæum Strabonis ad hod. *Scyli* referens olim putabam. Igitur his ita constitutis, in tabula nostra delenda sunt verba *Hermionicus sinus* quæ leguntur in sinus Argolici parte; deinde ad hod. *Cap Mylonas* adscribendum : *Scyllæum pr. sec. Strabonem;* denique Hermionicæ fines, quum e Strabone constitui non possint, e Scylace et Pausania assumi velim.

In Argolico sinu pro *Eion* lege *Eiones*. Locum hunc oppidulo assignavit Curtius collato Strabone p. 321, 17; Bobleyius cum eoque Kiepertus Eiones ponunt ad sinum Hermionicum haud procul a *Cap Scyli*, quo loco nunc est *Phurkoria;* eique sententiæ aliquatenus favet Strabo p. 323, 21. Ego nescio an locus qui ἠιόνες vocabatur, quærendus sit in tenui illa oræ tænia quæ a *Cap Thermisi* ortum versus extenditur. — Desideratur in Argolide locus *Pharygæ* dictus (p. 366, 15), qui ubi fuerit nescitur. — In distantiarum notis Tænaro promontorio adscriptis pro (750) lege (950), coll. Ind. ad p. 312, 8.

Laconiæ et Messeniæ confinia haud uno modo indicavi, quum Strabo diversa male misceat. Messeniæ paraplum κατακολπίζοντι esse dicit (p. 311, 17) stadiorum 800; hæc a Neda fluvio juxta oram metienti pertinent usque ad Chœrum fluvium Gereniæ proximum, quem fuisse terminum Messeniæ e Pausania novimus. At Strabo Messeniæ adscribit totam fere Messeniaci sinus oram orientalem quæ est usque ad Thyrides; has enim p. 309, 14 dicit ὁμόρους τῇ νῦν Λακωνικῇ. Idem ex eo intelligitur quod, si stadia ista 800 e Strabonis mente usque ad Chœrum fl. sive ad Gereniam computanda essent, sequens oræ tractus, qui hinc est ad Thyrides, nulla apud Strabonem mensura definiretur. Itaque diversa Strabo confundit, nisi

forte putaveris p. 311, 18 pro καταχολπίζοντι legendum esse οὐ καταχολπίζοντα. Tertium Messeniæ limitem notavi ad Pamisum fluvium. Dixerat de hoc termino Euripides, qui eo nomine a Strabone reprehenditur. Dubium autem vix est quin idem terminus fuerit ipsius Strabonis ævo; nam quum Augustus Thuriæ regionem Laconicæ adjecisset, Thuriæ autem propinquus sit magnus Pamisus fluvius, hunc ipsum Messeniam a Laconia tunc diremisse consentaneum est. Hunc vero rerum statum Strabo quoque nescius prodit eo quod Nedontem, qui non longe a Thuria abest, per Laconiam fluere dicit (p. 309, 27). Ceterum regio, quæ inter Taygetum et Pamisum interjacet, jam anno 182 a. C. a Messenia separata est, urbesque ejus, Abia, Thuria et Pharæ, tamquam sui juris civitates, in fœdus Achaicum receptæ sunt (Polyb. 25, 1), nec improbabile est regionem istam vetusto Mesolæ nomine designatam fuisse, quod ex ipso colligas Strabone, qui p. 309, 38 de Hiræ Homericæ situ varias sententias afferens inter alia etiam hæc habet : οἱ δὲ τὴν νῦν Μεσόλαν οὕτω καλεῖσθαί φασι καθήκουσαν εἰς τὸν μεταξὺ κόλπον τοῦ Ταϋγέτου καὶ τῆς Μεσσηνίας. Quæ e grammatico Homerico qui post an. 182 scripsit desumta esse conjicio.

In Cretæ tabula Cisamum pr. cum hod. *Cap de la Soude* composui, Ptolemæi rationes secutus. Veri similius tamen est indicari hodiernum *C. Spada*, sive illud promontorium in quo Dictynnæum erat. V. Ind. ad p. 407, 40. — Distantia quæ inter Gortynem et Prasum notatur, esse debet stadiorum 180 (non 130).

Tab. IX. Loca situs incerti, quos in tabula frustra quæris, hæc sunt : in Bœotia Helos et Hilesium (p. 349, 9), Narcissi Sigeli monumentum (p. 346, 46), in Helicone antrum nympharum Libethridum, Glechon oppidum Bœotiæ vel Phocidis ad Cephissum fl. (p. 364, 13), Æanin fontem in Locride Opuntia (p. 365, 28), in Attica Olympium (p. 347, 14) et Hestiæensium et Eretriensium pagi (382, 45). Meliten et Colyttum pagos Athenis proximos ne consignaremus, spatiorum angustiis impediebamur. Larissa Attica, quæ p. 382, 45 memoratur, librariorum errori accepta refertur. In Elide locum non invenerunt neque Helos Homericum neque Aloria palus quædam, neque antra nympharum Anigriadum et Atlantidum, neque Jonæum Erycydeumque — In Attica Myrrhinus, quem pagum cum hod. *Merenda* componendum esse inscriptionum fide constat, a Strabone (p. 342, 36) perperam ponitur inter Halas Araphenidas et Probalinthum. — In Megaride delendum est nomen *Ægosthenæ;* contra vero Phocidis Ægosthenas a Strabone commemoratas fuisse in Ind. ad p. 363, 4 conjecimus, ubi addas urbis ejus apud Ptolemæum quoque (3, 14) mentionem fieri.

In Elide situm Hyrmines, Cyllenes, Ephyræ, Lasionis indicavi ex sententia Ernesti Curtii (*Pelop.* t. 2, cap. 1). Idem vir doctus de aliis nonnullis aliter quam ante fieri solebat statuit, de quibus minus nobis persuasit. Neque largiri debebam quod ille de Peneo olim a borea Chelonatæ promontorii in mare egresso conjecit. Ejus enim conjecturæ argumentum præcipuum, quum in Strabonis Ptolemæique de hac re consensu positum sit, pondere caret, quoniam de aliis erroribus quam plurimis in Græciæ Macedoniæque Tabula cum Strabone Ptolemæus conspirat.

Pylum Triphyliæ non ponendum esse ubi posuerunt Leakius et Kiepertus (ad *Tzormatzi* in extremitate occidentali *Alvena* montis) et Curtius (ad hodiernam *Piscini*), sed oppidum hoc Samico proximum fuisse ideoque magis boream versus removendum esse, dixi in Ind. nominum s. v. *Pylus*. Ipse in tabula Pylum cum hod. *Xerochorai* composui, dubitanter tamen, quum ne hoc quidem verbis Strabonis satis conveniat. Iterum rem perpendenti Pylus Samico vicinus, sed Samico paullo borealior, uni ex fluviolis qui boream versus in Selinum et per hunc in Alpheum incidunt, appositus fuisse videtur. Nam Strabo quamvis Pylum et Samicum Triphyliæ eadem 400 stadiorum distantia a Pylo Messeniæ abesse dicat (p. 299, 6. 302, 4), tamen p. 301, 49 in locorum recensione a borea meridiem versus pergens Pylum memorat ante Samicum; deinde vero (idque majoris faciendum est) verba : παραῤῥέοντος (sc. τὸν Πύλον) ποταμοῦ πρὸς ἄρκτον Ἀμάθου καλουμένου πρότερον, ὃς νῦν Μάμαος καλεῖται (p. 295, 41), simplicissime ita intelliguntur ut urbem præterlabens Amathus versus boream fluat, non vero ita, ut borealem urbis partem præterfluat (quo sensu haud dubie Strabo πρὸς ἄρκτου dixisset). Consequitur Amathum fuisse unum fluviorum qui versus Alpheum labuntur, deinde autem Minthem montem, utpote Pylo

proximum (p. 295, 51), non esse hodiernum *Alvena*, ut cum Leakio Curtius statuit et ego in tabula posui, sed altiorum illum et septentrionaliorem, qui hodie *Smerna* vocatur, ut recte censent Bobleyius et Kiepertus. Jam quem ego Mamaum nominavi, is esse debet Acidon fluvius qui ab Anigro versus occasum erat et Chaam urbem Chaæis petris subjacentem atque Jardanis tumulum præterfluebat in planitie quam pratum Jardanis appellabant (p. 298, 36. 299, 13).

Hæc quum sponte e Strabonis verbis colligi videantur, dubitatio suborta est ex eo quod Pylus cum *Lepreo* componitur (p. 299, 6), itemque Chaa urbs *Lepreo* vicina esse dicitur (299, 13). Attamen quum Strabo p. 296, 22 Lepreum a meridie Pyli esse et a Samico 100 stadia distare dicat rectissime, idem vero (p. 299, 6. 302, 4) sibi contradicat, a Pylo Messeniæ ad Pylum Triphyliæ et *Samicum et Lepreum* eandem 400 stadiorum distantiam esse aiens : facile patet cum hoc errore manifesto cohærere etiam illud quod de Lęprei et Pyli vicinitate traditur. Cum falsis istis conferre licet Ptolemæi tabulas, in quibus Lepreum a borea Minthæ montis situm est in eodem parallelo in quo sunt ostia Alphei.

Tab. XI. In Mysia Teuthraniam non regionis nomen ponere debebam, sed urbis, ut feci in tab. IX. Cf. Index nom. s. v.—Tarnen, Lydiæ urbem, quam ex Homero Strabo memorat (p. 335, 5) et schol. ad Hom. ipsas Sardes dici autumat, de conjectura cum Thybarnis, quas Diodorus vocat (14, 80), et cum hodierno *Durgudlu-kassaba* composui; quod in Ind. nom. monendum erat.

In Caria Suangela, locus situs incerti, non apparet. In Lycia Chimæræ φάραγξ in Cragi montis regione ob tabulæ angustias notari non potuit. In Galatia apud Tolistobogios alicubi ponenda sunt Blucium (*Luceium* Cic.) et Peium castella. In Syria prope Antiochiam ap. Strabonem memorantur Labotas fl. et Meleagri Charax et Trapezus collis, de quorum situ certioris nihil constat.

Tab. XII. In Armenia Syspiritin et Tigranocerta notavi tum ubi revera sita fuisse videntur, tum in iis locis quibus a Strabone assignantur. V. Index ad p. 456, 3.

ORBIS TERRARUM



ARUM Secundum ERATOSTHENEM.



C. Müller del.

ORBIS TERRARU

Sexagesimae Eratosthenis	Gradus Hipparchei	Stadia
X	60	
IX	54	
VIII	48	
VII	42	
VI	36	
V	30	
IV	24	
III	18	
II	12	
I	6	







Strabo ed. Didot.

RARUM Secundum STRABONEM.





C. Müller del.



Strabo ed. Didot.


HISPANIA
GALLIA
Sinus Gallicus
Gallicus Sinus
Pompeji
Emporium
Oscca
Bilbilis
Segontia
Segobriga
Cartilis
Cherson
Tarraco
Oleastrum
Iberus F.
Saguntum
Sucro opp.
Ophiussa I.
Pityussæ Ins.
Gymnesiæ Ins.
I. minor
I. major
Baleares
Mare Libyc.
Mare Hispanicum
Hispaniæ Figura ad mentem Strabonis.
Parallelus per Rhodum transeunt

C. Müller del.

Stroehe sc. Paris.


GALLIÆ FIGURA
sec.
STRABONEM.
Parallelus per Rhodum ductus.
Britannia
Belgica
Lugdunensis
Aquitania
Narbonensis
Alpes M.
Massilia
Rhenus F.
Rhodanus F.
Garonna F.
Liger F.
Sequana F.
Mosa F.
Scaldis F.
Lugdunum
Gallia Transpadana
Gallia Cisalpina
Liguria
Venetia
Pisae
Ravenna
Ariminum
Ancona
Pola
Tridentum
Verona
Patavium
Mediolanum
Placentia
Augusta Prætoria
Vienna
Massilia
Arelate
Aquæ Sextiæ
Corsica
Sardinia
Adriatica Mare
Tyrrhenum Mare
Ligustinum Mare
Alpes Pennines
Alpes Cottiæ
Alpes Maritimæ
Alpes Rhæticæ
Alpes Carnicæ
Alpes Julia
Germania
Belgica
Gallia
Italia
Rhætia
Noricum
Pannonia
Illyricum
Dalmatia
Mediomatrici
Treveri
Leuci
Lingones
Sequani
Helvetii
Ubii
Menapii
Nervii
Eburones
Aduenna silva
Tribocci
Vindelici
Rucantii
Clutenatii
Estiones
Genauni
Brigantini
Ligurini
Noreia
Tauriscorum
Tridentini
Medaci
Cenomani
Insubres
Boii
Lingones
Cottii
Taurini
Centrones
Allobroges
Evocontii
Salyes
Ligures
Corsi
Sardi
Veneti
Cisalpina
Transpadana
Stœchades Is.

E. Walter del.


ITALIA
GALLIA CISPADANA
Luna
Pisa
Volaterræ
Populonium
Ætalia I.
Arretium
Clusium
Volsinii
Cosa
Tarquinii
Veii
ROMA
LATINI
Ostia
Ardea
Antium
Pontia I.
CORSICA
Oppido
Mariana
Charax
Emporium
Olbanum
SARDINIA
Aconites
Diagabonesse
Parati
Sossinati
Sulcis
Caralis
SICILIA
Lilybæum
Selinus
Thermæ Himeræ
Himera
Agrigentum
Gela
Camarina
Pachynus
Cossyra I.
Cossurus I.
Aetna M.
Strabo ed. Didot.


LATIUM.
ROMA
Tibur
Gabii
Tusculum
Ostia
Lavinium
Velitræ
Setia
Antium
CUMANUS sive CRATER SINUS
Cyme
Baiæ
APULI
PŒCETII
MESSAPIA
Sinus
Tarentinus
Hydrus
Æoli sive Liparæ, ins. septem
Hippomatra
Messana
Rhegium
MARE SICULUM

C. Müller del.

GERMANIA
Terra nondum exploratata
GALLIA
Hercynia
Boiohemum
MARCOMANNI
GALLIA TRANSPADANA
VENETI
Aquileia
Ancona
Apollonia
MARE SICULUM
Eupatoria
Vetus Chersonesus
Parthenium pr.
Panticapaeum
Phanagoria
Gorgippia
BOSPORUS CIMMERIUS.
Bospori latus orientale
Strabo tale finxit :


GERMANIA.
GETICA. SARMATIA.
ILLYRIA. THRACIA.
Samothrace I.
Imbrus I.
Procnnesus I.
Perinthus
Byzantium
Cyzicus
Lampsacus
Dardanus
Cypsela
Cardia
Melas Sinus
Callipolis
Iaygo
Ister
Tomis
Callatis
Apollonia
Chalcedon
Byzantium
Hæmus M.
Carambys pr.
Pontus Euxinus
Propontis
Bosporus Thracius
Chersonesus Taurica
Panticapæum
Tanais
Arrechi
Agri
Sarmatæ
Alanorum
Bessi
Mysi
Moesi
Thracia
Macedonia
Mare Egeum

C. Muller del



Strabo ed. Dübst.


AGRIANES
Orbelus M.
Paroreli a
Caresus ?
Philippopolis
Orthopolis
Stubi
Idomene
Doberus ?
Gortynium
Ampsalia
Paeonia
THRACIA
Odomantes
Odones
Bisaltae
Sintones
Crenides
Philippi
Neapolis
Datum
AMPHIPOLIS
Phagres
Apollonia
STRYMONICUS SINUS
THASUS I.
Pella
Aloros
Pydna
Dium
Pimplea ?
Libethra
CHALCIDENSES
Stagirus
Acanthus sinus
Acanthus
Olophyxus
Dium
Thyssus
Cleonae
Acrothoi
Acrathos opp.
Athos M.
Nymphaeum pr.
SINGITICUS SINUS
Singus
Olynthus
Mecyberna
Potidaea
TORONAEUS SINUS
Mende
Derris pr.
MARE THRACICUM
MARE AEGAEUM
Peneus F.
Tempe
Gyrton
Oeta M.
Atrax
Larissa
Argos Pelasgicum
Pelasgiotis
Pherae
Scotussa
Demetrias
Thessaliotis
Pharsalus
Thebae
Pagasiticus Sinus
Thaumacus ?
Ilalomenus ?
Ieus
Peparethus
Sciathus
Posidium pr.
Seyrus I.
Malieus sinus
Thermopylae
Thronium
Delphi
Cirrhus
Corinthus
Cyrnus

C. Müller del.

HELLAS.
PELOPONNESUS.
Stadia
Pagasaeticus Sinus
Nicopolis
Ambracius Sinus
LEUCAS I.
Leucatas pr.
Ithaca I.
CEPHALLENIA (SAME, SAMUS I.)
Chelonatas pr.
ZACYNTHUS I.
Strophades
Pylus ad Coryphasium
Methone
Asine
Acritas pr.
Tiyrides pr.
Cythium
Onugnathus pr.
Tenarum pr.
Cerbera I.
Patrae
Aegium
Helice
Tritaea
Olympia
Lepreum
Cyparissia
Messene
Pharsalus
Larissa
Elatea
Delphi
Lebadea
Copais
Thebae
Argos
Tegea
Mantinea
Sparta
Megalopolis
Aegae
Aegira
Pellene
Sicyon
Corinthus
Chalcis
Eretria
Thermae
Vetus Aetolia
Naupactus
Amphissa
Locri Ozolae
Locri Opuntii
Phocis
Boeotia
Thessalia
Epirus
Aetolia
Acarnania
Achaia
Elis
Laconia
Argolis
Arcadia
Messenia
Doris
Dolopes
Perrhaebia
Magnesia
Pelasgiotis
Thessaliae Pelasgiotis
Thessaliae Phthiotis
Thessaliae Magnesia
Thessaliae Perrhaebia
Thessaliae Dolopes
Thessaliae Thessaliae
Thessaliae Aenianes
Thessaliae Malienses
Thessaliae Oetaeae


GRÆCIÆ FIGURA
sec. Strabonis
mensuras quasdam.
Thessalonica
Sin. Ambrac.
Chelonatas pr.
Athenae
Parallelus Rhodum transeuntes.
Sunium pr.
Malea pr.
Stadia
Caphereus pr.
Andrus
Tenus
Ceos
Gyarus
Cythnus
Syrus
Rhenea
Myconus
Delus
Seriphus
Parus
Naxus
Oliarus
Siphnus
Cimolus
Melus
Amorgus
Ios
Sicinus
Pholegandrus
Thera
Therasia
Anaphe
Helenneseus I.
Ios I.
Sciathus I.
Peparethus I.
Aegina I.
Salamis
Salaminius sinus
Belbina I.
Hermionicus sinus
Mare Myrtoum
Mare Cretaticum
Mare Libycum
Sporades
Cyclades I.
Delus I.
Creta.
Dia I.
Cydonia
Gortyna
Malea pr.
Crimnesos pr.

C. Müller del.



Strabo ed. Didot.


Anticyra
SINUS MALIACUS
Pylaicus sinus
Nicæa
Œneadæ ?
Trachis
HERACLEA
Tichius
Rhodantia
Phricium M.
Callidromus
Orobiæ
Cynus
Halæ Alalus
Opus
Anaphe
Chalcis
Lelantus campus
Eretria
Tamynæ
Delium
Oropus
Rhamnus
Triœcrynthus
Pyrrhum
Probalinthus
Ipnoeria
Olmiæ pr.
ALCYONIUM MARE
Lechæum
Cenchræ
SINUS SARONICUS sive SALAMINIUS
ÆGINA
Egina
Halæ Araphenides
Braurone
Prasiæ
Thoricus
Sunium pr.
METHANA PENINSULA
EPIDAURUS
Posidium pr.
HISTIÆA
Tempe
Ossa
Pelion
Sinus Pagasæus
Amphanaxus
Thermopylæ
Stenæ
Parnassus
Phocis
Locris
Boeotia
Attica
Megaris
Corinthus
Argolis
Laconia
Messenia
Elis
Achaia
Arcadia
Thessalia
Magnesia
Phthiotis
Doris
Aetolia
Acarnania
Epirus
Thebæ
Chæronea
Lebadia
Copæ
Orchomenus
Tanagra
Platæa
Thespiæ
Leuctra
Haliartus
Coronea
Lerna
Argos
Mycenæ
Tiryns
Nemea
Cleonæ
Sicyon
Pellene
Aegium
Olympia
Pylos
Sparta
Amyclæ
Gythium
Tænarum
Messene
Megalopolis
Tegea
Mantinea
Orchomenus
Pheneus
Stymphalus
Lerna
Hermione
Troezen
Epidaurus
Aegina
Salamis
Eleusis
Thebæ
Chalcis
Anthedon
Aulis
Tanagra
Thespiæ
Platæa
Leuctra
Haliartus
Coronea
Lebadia
Copæ
Orchomenus
Chæronea
Delphi
Parnassus
Cirrha
Crissa
Amphissa
Naupactus
Calydon
Pleuron
Thermum
Stratus
Anactorium
Ambracia
Nicopolis
Dodona
Epidamnus
Apollonia
Oeniadæ
Stratos
Thermopylæ
Lamia
Pharsalus
Larissa
Tempe
Ossa
Pelion
Olympus
Pydna
Thessalonica
Amphipolis
Philippi
Neapolis
Abdera
Maronea
Ismarus
Thasos
Samothrace
Lemnos
Imbros
Scyros
Euboea
Carystus
Eretria
Oropus
Rhamnus
Triœcrynthus
Marathon
Probalinthus
Ipnoeria
Halæ Araphenides
Braurone
Prasiæ
Thoricus
Sunium pr.
Sphettus
Anaphlystus
Potamos
Aegilia
Lampra
Anagyrus
Halæ Exonides
Exonæ
Thymœtadæ
Cephisus
Eleusis
Salamis
Aegina
Egina
Methana
Epidaurus
Troezen
Hermione
Cenchræ
Lechæum
Corinthus
Olmiæ pr.


ÆOLIS
ET
IONIA.
MELAS SINUS
CARDIA
Pactye
PARIUM
LAMPSACUS
ABYDUS
Alopeconnesus
Imbrus
IMBRUS I.
Madytus
Elæus
Sigeum
Calydnæ I.
TENEDUS I.
Neandria
ALEXANDRIA TROAS
Cebrene
Gargara
Antandrus
Assus
Lectum pr.
Hamaxitus
METHYMNA
Antissa
Eresus
Pyrrha
MYTILENE
LESBUS I.
Pordoselene I.
Atteia
Teuthrania
PERGAMUM
Elæa
Grynium
Myrina
CYME
CHIUS I.
Strabo ed. Didot.


CYME
PHOCÆA
Hyrcanius campus
Magnesia ad Sipylum
Sipylus
Vetus Smyrna
SINUS SMYRNÆUS
SMYRNA
CHIUS
Rhipi I.
ERYTHRÆ
CLAZOMENÆ
Posidium pr.
Argennum pr.
Halonnesus I.
TEOS
LEBEDUS
Aspis I.
Anconmesus
COLOPHON
Metropolis
Larissa Ephesia
EPHESUS
Pygela
SAMUS I.
Marathesium
Neapolis
MAGNESIA ad Maeandrum
TRALLES
Cantharium pr.
Dracanum pr.
ICARIA I.
Ampelus M.
SAMUS
Posidium pr.
Panionium
Corasiæ I.
Ampelus pr.
Trogylium pr.
Pesene
Myus
Amisos
Alinda
MILETUS
LATMICUS SINUS
Latmus
Heraclea ad Latmum
Lagasula
Mylasa
Iasus
Posidium pr.
Lerus I.
Barcylia
Caryanda
Myndus
HALICARNASSUS
Zephyrium pr.
Calydnæ
Calymna
Termerium pr.
Arconnesus I.
Cos
COS I.
EPHESUS
Portus
Cayster F.
Pygmarium
Epichlapria
Studia
CAMPUS TROJANUS
DEMETRIUM
Rhoeteum
Sigeum
Troia
Ilium
Mycenæ
Studia

C. Müller del.


ASIA MINOR
SYRYA SUPERIOR.
PONTUS
Bosporus Thracius, olim Mysius
Byzantium
Chalcedon
Nicomedia
Bithynia
Salgoia regio
Paphlagonia
Heraclea
Amastris
Sinope
Samothrace
Imbrus
Lemnos
Tenedus
Alexandria
Lectum pr.
Lesbos I.
Canae pr.
Elaiticus S.
Pyrra
Chios I.
Sardes
Ephesus
Samos I.
Icaria I.
Miletus
Lerus I.
Lebinthus I.
Amorgus I.
Astypalaea I.
Anaphe I.
Cos
Cnidus
Rhodus
Syme I.
Telos I.
Chalcia
Carpathus
Nisyrus
Casus I.
Creta I.
Colossae
Laodicea
Cibyra
Iconium
Isaura nova
Selinus
Cromnus pr.
Arsinoe pr.
CYPRUS I.
Ancyra
Pessinus
Dinoxenus M.
Galatia
Bithynia
Paphlagonia
Pontus
Phrygia
Lycaonia
Cilicia
Pisidia
Lycia
Caria
Mysia
Lydia
Ionia
Aeolis
Troas
Phrygia Hellespontica
Phrygia Epictetus
Phrygia Magna
Pisidia
Pamphylia
Cilicia Aspera
Cilicia Campestris
Galatia
Cappadocia
Lycia
Caria
Mare Aegyptium
Mare Cretico
Mare Carpathium
Mare Pamphylium
Lycius paraplus
Stadia


EUXINUS
PAPHLAGONIA
Sinope
Amisus
Trapezus
Chaldaei
Chalybes
Mosyni
Macrones
Zela
Comana
Cappadocia
Tyana
Mazaca
Caesarea
Melitene
Sebastia
Bagadania
Tarsus
Adana
Anazarbus
Mopsuestia
Sidon
Tyrus
Ptolemais
Ascalon
Gaza
Rhinocolura
Pelusium
Thapsacus
Zeugma
Hierapolis
Edessa
Nisibis
Carrhae
Rhambei ?
Arabia
Mare Erythraeum
Sinus Persicus
Mare Caspium
Mare Mediterraneum
Cilicia
Syria
Phoenice
Palmyra
Emesa
Laodicea ad Libanum
Byblus
Berytus
Tripolis
Arados
Aradus
Orthosia
Sidon
Tyrus
Ptolemais
Ascalon
Gaza
Rhinocolura
Pelusium
Thapsacus
Zeugma
Hierapolis
Edessa
Nisibis
Carrhae
Rhambei ?
Arabia
Mare Erythraeum
Sinus Persicus
Mare Caspium
Mare Mediterraneum
Cilicia
Syria
Phoenice
Palmyra
Emesa
Laodicea ad Libanum
Byblus
Berytus
Tripolis
Arados
Aradus
Orthosia

C. Muller del.

Strabo ed. Didot.


Stadia
MARE CASPIUM
HYRCANUM
Dioscurias
Phasis F.
Cyrus F.
Cyrus olim Corus F.
MAGNA
ARMENIA
Arsena
Thospitis palus
Cosaea
Arbela
Dolomene
Tigris F.
Euphrates F.
Artemita
CTESIPHON
SELEUCIA
BABYLON
ECBATANA
Media sive Zagriphe
Silaceni
Gabiane
ATROPATENE
Amardi Mons
Caspius Mons
Mons Cambalidis
Mons Cerauni
Mons Caucasus
Mons Ararat
Mons Zagrus
Mons Masalhalica


ASIA
ORIENTALIS ET MERIDIONALIS.
Scythæ nomades
Pontus Euxinus
Mare Caspium
Cappadocia
ARMENIA
ARABIA FELIX
SINUS ARABICUS
MARE ERYTHRÆUM
Mare Persicum
PARTHIA
Media
Mesopotamia
Babylonia
Susiana
Carmania
Sacaraulæ
Prophthasia
Carnana
Carna
Cattabanes
Chatramotitæ
regio myrrhifera
regio turifera
Sabata
Mariaba
Arsinoe
Aromata
Sinus Persicus
Sinus Barbaricus
Nili ostia
Euphrates
Tigris
Indus
Ganges
Hyrcanum
Sacarauli
Desertum
Mare Erythræum
Scythæ nomades
Daæ Xanthii et Parni
Sarmatæ
Aorsi
Sirraces
Amazones
Pasiacæ
Dahæ
Aparni, Xanthii, Pissuri
Sacarauli
Desertum
Prophthasia
Carmania
Mare Persicum
Sinus Persicus
Sinus Barbaricus
Mare Erythræum
Nili ostia
Sabata
Mariaba
Arsinoe
Aromata
Carnana
Carna
Cattabanes
Chatramotitæ
regio myrrhifera
regio turifera
Sinus Arabicus
Mare Erythræum
Euphrates
Tigris
Indus
Ganges
Susidis ora
sec. Nearch.
ap. Strabon.
Strabo ex Didot.


Scythæ orientales
Massagetæ
Asii
Sogdiana
Bactriana
Ariana
Arachosia
India
Paropanisus M.
Bactrobene
Gandaria
Nysæi
Massaceni
Mazaceni
Mazaceni
Maz


Alexandria
Aegyptiorum ditio usque ad Catabathmum pertinet
Memphis
MEMPHIS
Heliopolis
Aphroditopolis
Arsinoe, Crocodilopolis
Heracleopolis
Regio inter Delta et Thebaidem sita sedecim nomos continet
Oxyrynchus
Cynopolis
Hermopolis
Lycopolis
Aphroditopolis
Panopolis
Ptolemais
Abydus
Coptos
Hermonthis
THEBÆ
Diospolis
Latopolis
Apollinopolis Magna
Philotera
Myoshormus
Berenice
Syene
Philadelphia
HIEROSOLYMA
Gaza
Petra
Aelana
Idumæa
Arabia
Sinus Arabicus sive Mare Erythræum
Ophiodes I.
ÆTHIOPIA
Necropolis
Magnus portus
Eunosti portus
Rhacotis
Marea palus
Pharus
Strabo ed. Didot.


ÆGYPTUS
ÆTHIOPIA
ÆGYPTUS
MEROE INSULA
Endera
Elephantophagi
Agrü
Ichthyophagi
Spermatophagi
Acridophagi
Strutophagi
Pachoo lacus
Myrrhifera regio
Thurifera regio
Cinamomifera regio
Pseudocassiæ et fluviæ regio
Indiæ potamia
Nili potamia
MARE ERYTHRÆUM
MARE ARABICUS
Leptis
Adulis
Saba
Merce
Stadia

C. Müller del.



Strabo ed. Didot.


A R A M A N T E S
Syrtis minor
Lotophagi
Cirta
Hippo (Regius)
Thaia
Pharae
Cupes
Cyrene
Cherseneus
Paliurus
Augila
Alexandria
Canobus
Apis
Mareotis
Marmarica
a Garamantibus ad Ammonium

C. Müller del.

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

AUG 29 '61 H

~~FEB 13 '62 H~~

3628955

MAY 8 '72 H

Gs 53.188
Strabonis Geographicorum tabulae XV
Widener Library 006684357
3 2044 085 170 264